



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Præmonitio ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**



Præmonitio ad Lectorem.

**N**E Lectori hujus Operis id jure moveat bilem, quòd præter *Errata Typographica*, ac *Orthographica* complura (facile tamen à quovis Legente vel modicè erudito non tantùm deprehendenda, sed etiam sine Recursu ad Erratorum Tabellas haud difficulter corrigenda) quædam insuper *alia* non modò *Grammatica*, ac *Orthographiæ Legibus*, sed ipsis adeò *Rubricis*, & *Veritati* reipsa *adversantia*, tum propter *Authoris* à loco *Impressionis* absentiam, tum, quòd ferius ab eodem fuerint observata, quàm ut absens *Typographus* de ijs adhuc in tempore emendandis moneri potuisset, in illud nonnullis in locis irrepsérint, dum alicubi *Vox una*, aut altera *Omissa* ( uti *infra* \* n. 1. *notatur* ) alibi una aut altera *impertinens superaddita*, vel *interposita* ( uti \* 2. ) aut una alteri malè *substituta* ( uti \* 3. ) non semel etiam *Festi* aut *Officij Ritus* fuerit præposterè expressus, ponendo *Ritum semiduplicem* pro *simplici*, vel 1. *Classis* pro 2. *Classis*, aut *vicissim* ( uti \* 4. ) ideo si talia sat absona alicubi occurrent, aut aliquid aliud alicubi desiderari, aut perperam asseri vide-

bitur,

- (\* 1. ) P. I. folio 34. columnâ 1. lineâ 34. fol. 60. col. 1. lin. 5. f. 70. c. 2. l. 31. f. 118. c. 2. l. 9. f. 282. c. 2. l. 4. f. 314. c. 2. l. 32. Item P. II. fol. 53. c. 2. l. 14. f. 61. c. 2. l. 12. f. 62. c. 1. l. 14. f. 91. c. 2. l. 14. f. 106. c. 2. l. 32. ac f. 233. c. 1. l. 7. & 12. item f. 241. c. 1. l. 35. c. 1. l. 24. f. 397. c. 1. l. 21.
- (\* 2. ) P. I. fol. 260. c. 1. l. 28. Item P. II. f. 28. c. 2. l. 11. f. 34. c. 1. l. 26. f. 228. c. 1. l. 24. f. 397. c. 1. l. 21.
- (\* 3. ) P. I. fol. 164. c. 2. l. 19. f. 170. c. 2. l. 19. f. 275. c. 1. l. 18. f. 282. c. 1. l. 15. Item P. II. f. 17. c. 1. l. 32. & c. 2. l. 3. f. 40. c. 1. l. 4. f. 152. c. 2. l. 7. f. 223. c. 1. l. 5. f. 240. c. 1. l. 20. & 21. f. 278. c. 2. l. 6. & 7. f. 306. c. 1. l. 33. Item P. III. f. 151. c. 2. l. 4. & 18.
- (\* 4. ) P. I. f. 135. c. 2. l. 4. f. 198. c. 2. l. 17. Item P. II. f. 393. c. 2. l. 33. f. 447. c. 2. l. 27.

*Præmonitio ad Lectorem.*

bitur, placeat Benevolo Lectori *Corrigendorum & Addendorum Tabellas* (pro qualibet hujus Libri *Parte* in fine cujuslibet earum extantes) inspicere, & ex ijs hæc quoque *Errata* pro sua humanitate non tantum corrigere, sed etiam benevolè Homo Homini condonare. Monitum quoque volo *Lectorem* Benevolum, non omnia *Sacrorum Rituum Congregationis Decreta* hinc inde in hoc Opere à me allegari, tanquam omnia & singula sint certò ac indubitanter authentica, sed eà tantum fide illa à me in medium adduci, atque etiam ab alijs recipi velle, quàm illa ex Scriptoribus, qui sua cum facultate Superiorum in lucem ediderunt, excerpserunt; tum quia non de omnibus authenticè constat, an extente ipsa in *Registro* aut *Tabulario Decretorum Sacrorum Rituum Congregationis*, aut certè in omnibus, ac prout jacent, cum eo, ac suis Autographis seu Originalibus concordent; tum quia nec aliunde de omnium sufficiente Authenticiâ certam obtinere hæcenus aut procurare mihi notitiam potui, uti hinc inde in ipso Operis contextu insinuo: unde sicubi vel ex toto, vel ex parte aliter res se habeat, quàm quò modò à S. R. C. prætenditur decisum, id quoque ego eatenus pro indeciso haberi volo, ac recipi, utpote omnia & singula sanctissimæ *Matris Ecclesie*, Eùsque supremi in Terris *Hierarche* seu *Capitis*, nec non ipsius quoque *Sacror. Rituum Congregationis* non tantum *judicio*, sed etiam *correctioni* obloquentissimè substernens, paratissimus emendare, mutare, aut etiam revocare, si quæ vel per ignorantiam, vel per inadvertentiam elucubrata, aut tradita à me sunt, quæ limâ indigent, aut liturâ.

Si quid etiam forsan occurrat in eadem hac mea Lucubratione, quòd tangere videatur Apostolicum S. *Congregationis SS. Rituum & universalis Inquisitionis Decretum* Annò 1625. editum ac Annò 1634. confirmatum, juxta Declarationem ejusdem Decreti à Ss. D. N. *Vrbano* Papa VIII. Anno 1631. factam, non aliò modò id quoque tradi, accipi, ac intelligi volo, quàm quò id in similibus tradi, accipi, ac intelligi debere præscribit, & requirit illud ipsum, quod venerabundus exosculor, *Decretum*.